

www.sursumcorda.cloud - 8 novembre 2020  
**RISPOSTE DEL CHIERICHETTO**  
**DURANTE LA SANTA MESSA**

Le risposte sono stampate in **neretto**.

**AL PRINCIPIO DELLA MESSA:**

**S. +** In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Introibo ad altáre Dei.

**M. Ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.**

**S.** Júdica me Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso éru me.

**M. Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulísti, et quare tristis incédo, dum affligit me inimícus?**

**S.** Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua.

**M. Et introibo ad altáre Dei: ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.**

**S.** Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me?

**M. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, et Deus meus.**

**S.** Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

**M. Sicut erat in princípio, et nunc et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.**

**S.** Introibo ad altáre Dei.

**M. Ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.**

**S. +** Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

**M. Qui fecit cælum et terram.**

**S.** Confíteor ..... ad Dóminum, Deum nostrum.

**M. Misereátur tui omnipotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.**

**S.** Amen.

**M. Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis et tibi Pater: quia peccávi nimis cogitátione, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes sanctos et te pater, oráre pro me ad Dóminum, Deum nostrum.**

**S.** Misereátur vestri omnipotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.

**M. Amen.**

**S. +** Indulgéntiam, absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tribuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus.

**M. Amen.**

**S.** Deus, tu convérsus vivificábis nos.

**M. Et plebs tua lætábitur in te.**

**S.** Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

**M. Et salutáre tuum da nobis.**

**S.** Dómine, exáudi oratiónem meam.

**M. Et clamor meus ad te véniat.**

**S.** Dóminus vobíscum.

**M. Et cum spírítu tuo.**

**Poco dopo: (S e M si alternano)**

Kýrie eléison, **Kýrie eléison**, Kýrie eléison. **Christe eléison**, Christe eléison, **Christe eléison**. Kýrie eléison, **Kýrie eléison**, Kýrie eléison.

### **DOPO L'EPISTOLA:**

**M. Deo grátias**

e portare il Messale a sinistra dell'Altare per il Vangelo

### **IL VANGELO:**

S. Dóminus vobíscum.

**M. Et cum spírítu tuo.**

S. Sequéntia sancti Evangélii secúndum

\*\*\*

**M. Glória tibi, Dómine.**

Il Sacerdote legge il Vangelo, alla fine:

**M. Laus tibi, Christe.**

Per l'Offertorio portare acqua e vino al Sacerdote, poi *Lavabo*.

### **DOPO L'OFFERTORIO:**

S. Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

**M. Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram, totíus-que Ecclésiæ suæ sanctæ.**

S. Per ómnia sácula sæculórum.

**M. Amen.**

S. Dóminus vobíscum.

**M. Et cum spírítu tuo.**

S. Sursum corda.

**M. Habémus ad Dóminum.**

S. Grátias agámus Dómino, Deo nostro.

**M. Dignum et justum est.**

**Prefazio, suonare il campanello tre volte al Sanctus.**

**Poi alla Consacrazione suonare tre volte alle elevazioni.**

### **AL PATER NOSTER:**

S. ...Et ne nos indúcas in tentatiónem,

**M. Sed libera nos a malo.**

**Poco dopo:**

S. Per ómnia sácula sæculórum.

**M. Amen.**

S. Pax Dómini sit semper vobíscum.

**M. Et cum spírítu tuo.**

**Confiteor per la Comunione: vedere retro.**

**Dopo la Comunione portare acqua e vino al Sacerdote. Cambiare di lato il Messale e il velo.**

S. Dóminus vobíscum.

**M. Et cum spírítu tuo.**

**E poco dopo:**

S. Dóminus vobíscum.

**M. Et cum spírítu tuo.**

S. Ite, Missa est (o Benedicámus Dómino).

**M. Deo grátias.**

\*\*\*

S. Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, et Fílius, et Spírítus Sanctus.

**M. Amen.**

S. Dóminus vobíscum.

**M. Et cum spírítu tuo.**

S. Inítium sancti Evangélii secúndum Joánnem.

**M. Glória tibi, Dómine.**

**Il Sacerdote legge l'Ultimo Vangelo, alla fine:**

**M. Deo grátias.**

